UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Patientia invicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

# CONSIDERATIO IV.

## AMOR DEI,

### *Indefeſſe laborans.*

Tertius gradus Amoris Divini, *facit operari indeſinenter.* Quia verus amor nunquam eſt otioſus. *Operatur magna, ſi eſt: ſi operari renuit, amor non eſt,* ait S. Gregorius. Imò in hoc gradu Amor non operatur tantum, ſed *operatur magna, & reputat parva: operatur multa, & reputat pauca: operatur diu, & reputat brevia,* inquit S. Thomas.

Neque hoc eſt mirum: quia Caritas dilatat affectum, & magnum cor facit. Solus Deus eſt major eo, qui vivit in caritate. *Nihil majus eſt animo habente caritatem, præter eum, qui dedit caritatem.* S. Auguſtinus.

O Caritas, ò Amor, dilata cor meum, ad operandum ſemper, ſine ceſſatione, quidquid requirit beneplacitum tuum, gloria tua. Heu me miſerum! Si parum laboro, ſignum eſt, quòd parum te amem. Vellem multo magis, & ſine fine amare. Da mihi vires, ut plus & ſine fine laborem.

# CONSIDERATIO V.

## AMOR DEI,

### *Patientia invicta.*

Quartus gradus Sancti Amoris *facit ſuſtinere infatigabiliter, magna operatur, & magna ſuſtinet.* Non contentus eſt facere magna, ſed etiam pati vult terribilia, quin adeò mortem. *Caritas patiens eſt,* delectatur

ac gloriatur perpeſſione: deſiderat pati, & mori, gratior fiat dilecto. Magnum ſignum veri amoris continuò pati; & in eo moritur unus amor, & alius Moritur amor proprius, vivit amor Dei.

O beata mors amoris proprij, felix vita Sancti ris. En meum corpus, promptum ad omnes idem gladius, qui perimit unam vitam, ram: idem ferrum, quod conſtringit in uno carcere, liberè facit ſpatiari per campos cœli: idem tormentum quod cruciat, me conſolatur.

Amor crucians, amor regnans, mortificas, & Totum amorem proprium ſacrifico in tui amor tui eſt amor meiipſius: Sum ſine amore, corde, ut amem tuo amore, ut vivam tuo corde, ratio feliciſſima, ſors beatiſſima! dare amorem re, vivere ſine amore mundano, ut vivam ſemper re divino.

# CONSIDERATIO VI.

## AMOR DEI,

## *Amor impatiens.*

IN quinto gradu Amor Dei *facit appetere* Infundit cordi magnum, & quodammodo deſiderium potiendi, ac gaudendi ſummo Bono *quo impatientiùs* deſiderat præſentiam Dei, bilius ſuffert mala vitæ præſentis. O impatientia Amoris patientiſſimi! impatientia, quæ generat ducit patientiam. Beatus, qui eſt impatiens verſus quia erit patiens in terra.

*Da mihi liberos, alioquin moriar,* dicebat quæ ex impatienti deſiderio liberorum, mallebat mori, quàm prole carere. *Malens non eſſe, quàm quod appetit, eſſe. Cum quanta ergo vehementia patientia, tibi eſt appetendum, quo dato, non vives in æternum?* ait S. Thomas.